



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXIII. Romana legati de Cæsiis. De eadem materia legati, vel alterius  
dispositionis, ad pios usus incertos per testatorem non declaratos, sed  
alterius voluntati, seu declarationi commissos, an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

Et; Primo scilicet, as dictum testamentum ob in certitudinem heredis instituti, esset ita invalidum, ut locus factus esset interstat successioni ad favorem Horatii fratris; Secundò, an posita validitate dispositionis in genere, illa debita esset dicta confraternitati, vel potius ratione incertitudinis applicari deberet Fabrica, cuius personam representabat idem intestatus successor ex cessione reportata; Et tertio quid respectu dicti legati mobilium ad favorem quorundam conjunctorum.

Quatenus pertinet ad primum; Quamvis Ego scribens pro intestato successore, tanquam Advocatus de ducrem regulam, super invaliditate testamentatione incertitudinis heredis instituti ad tex. 4 int. in tempus s. quoiescet. de hered. inst. l. si fuerit legatum ff. d. dub. & l. duo sunt Titi ff. de testamento, tunc. Manic. de conjectur. lib. 4. tit. 7. num. 1. & alii plenè relativi per Rub. de testam. cap. 67. num. 2. & seqq.

Attamen, eidem meam operam requirenti libere pro stylo insinuavi, quod esset desperatum, non solum ob adminiculativam certificationem, de qua infra; Verum etiam ob favorem pia cause, inter cuius privilegia connumeratur istud, ut incertitudinis defectus non vitier pias dispositiones, ex relatibus per Tiraquell. & Adden. de privil. pia. caus. cap. 16. cum aliis ad sicutatem collectis per Rubeum dicto cap. 67. num. 41 & 43. cum seqq. Est enim conclusio certa, ex ea probabilitate, quod dispositio principaliter dirigitur in Deum, & animam ipsius disponentis; Unum verò, vel alterum pium opus, respicit potius modum, quam substantiam, ideoque ipsa pia causa in genere est certa, itaque jure passim utimur, ut etiam supponatur in casu, de quo disc. seqq.

Majorem autem probabilitatem videbatur habere alterum fundamentum, quod ratione dicta incertitudinis, dispositio applicanda veniret Ecclesiastica universum, & consequenter Fabrica & Petri, juxta ejus facultates resultantes ex Apostolicis Constitutionibus ut apud Cavaler. decis. 212. cum aliis, de quibus eodem disc. seqq.

Aduic tamen sentiebam difficultatem, unde propterea resolutiones fuerunt juxta votum, atque licet succubuerim, attamen visa sunt probabiles, quoniam licet vera sit regula superioris insinuata, ut in certa dispositio sit inutilis; Attamen in iure vera quoque est limitatio, ubi ex adminiculis, & conjecturis certitudo resultet ex deducto per Mantic. ubi supra, & alios plenè relativos in hujus causa decis. 310. & 350. par. 10. recens præsertim in primis annis 3. & sequentibus. Et consequenter cessant Fabricæ facultates, que non extenduntur ad dispositiones certas, ut disc. sequentibus.

Adminicula verò plura concurrebant hujusmodi certitudinem inducentia; Primo scilicet, quod testator esset unus ex confratribus, nimum frequentibus, ac devotis; Secundò, quod ipse vir nobilis, & Jurisconsultus, extra patriam aliquando versatus, haberet humorem malenconicum loquendi lingua Etrusca in Calabria, ideoque studiorum effugere vocabula ibi usitata, quando nominabat Sanctiss. Sacrementum, hoc vocabulum Redemptoris adhibere solitus erat; Tertiò quia mandavit ad se vocari quoddam dictum confraternitatis officiales, idem vocabulum adhibendo; Et quartò ob plurimum attestations, quibus testator ejus intentionem communicaverat; Quamvis enim singulis adminiculis plures darentur responsiones, ac præsertim ultimo ob exceptiones, quas testes patiebantur; At-

tamen vis erat in eorum cumulo attendendo cum solita regula, ut singula qua non profungetur &c.

Hinc de consequenti resultabat resolutio tertii puncti, (de quo tamen decisiones non agunt) quoniam data certitudine heredis cessabat omnis ratio dubitandi de legatis in radice; Et nihilominus, ubi etiam incertitudo urgeret, adhuc tamen dum testamentum habebat solemnitates de jure necessarias in ultimis quamvis prophanis dispositionibus, hinc proinde, unum de tribus resultare observabam; Vels scilicet quod Ecclesia universalis, ut supra, esset heres; Vels quod venientes ab intestato censerentur gravati solvere legata, quæ ab intestato etiam possunt deberi; Vels quod idem legatarii praetendere possent, ut non dato herede universalis, ex beneficio juris accrescendi, seu verius ex alia ratione, ne contingat quæcum decedere pro parte testamentum, & pro parte intestatum, ipsi remanerent heredes universales, ex insinuatis sub ita de fideicommiss. disc. 109. & apud Ottobon. decis. 162. & 203. quæ in eo casu prodierunt; Verum hæc discussio non fuerunt, quia non opus.

## ROMANA LEGATI DE CESIIS

PRO

HÆREDIBUS PORTIÆ CESIÆ DUCIS.  
SÆ CERÆ

CVM

FABRICA SANCTI PETRI.

Discursus pro veritate in causa postea concordata.

De eadem materia legati, vel alterius dispositionis, ad pios usus incertos per testatorem non declaratos, sed alterius voluntati, seu declarationi commissos, an valeat; Et an, & quando continere dicatur talem incertitudinem, ut intrent facultates fabricæ Sancti Petri, potissimum ubi facultarius sit Religiosus professus.

SUMMARIUM.

- <sup>1</sup> Fæli series.
- <sup>2</sup> Relicuum Monacho sub conditione, ut Monasterio non acquiratur, an, cui, & quomodo debeatur.
- <sup>3</sup> De facultatibus fabricæ circa dispositiones incertas.
- <sup>4</sup> Quando non dicamur esse in casu. Theopompus.
- <sup>5</sup> Quomodo distinguatur legatarius ab executore.
- <sup>6</sup> De circumstantiis ostendacibus agi prius de legatario quam excentore.
- <sup>7</sup> De quibus usibus intelligatur religioso professo concessa facultas disponendi.

E \*

8. De

Card. de Luca P. I. de Testam.

De LUCA  
De  
Testamentis  
et ceteris  
GVI  
9

- 8 De circumstantiis ostendentibus agi potius de executore.  
9 An Episcopus habeat administrationem illorum legatorum, quae non expressis usibus, fiunt Religiosis.

## DISC. XXIII.

**P**ORTIA CÆSIA Ducissa Ceræ, scriptis in ejus testamento hæredibus tribus germanis sororibus oblatis in Monasterio Turris Speculorum, legavit eidam Religioso ejus vita naturali durante, annua scuta 200 erganda in occultas eleemosynas, aliosque placitos, libique benè visos pios usus, absque eo quod legatum Religioni acquiri posset, minus que legatarius teneretur ad explicationem eorum operum, ac usum, in quibus dicta pecunia annualiter erogaretur; Cumque testatrix morte sequata, procuratores Fabricæ S. Petri, in vim facultatum capiendi, & applicandi legata quæ in incertos pios usus relicta sunt, prætenderent quod super hoc legato facultates intrarent, idque prædictæ hæredes nimium argere ferrent, ob desiderium quod habebant, ut pecunia erogaretur in eleemosynas occultas, aliqua opera pia, juxta mentem testatrix; Hinc Advocatorum congressus convocatus fuit pro directione & confilio, an scilicet expediret item substinctre, vel potius, juxta fabricæ consuetudinem, aliquam compositionem procurare.

In hoc autem congressu, major pars fuit in voto, quod bonum jus legatario afficeret, ideoque licet cum probabili spe boni eventus substineri debet; Ego verò in contraria fui sententia, cuius veritatem exitus comprobavit, quoniam post plures disputationes habitas, & consequenter post notabilis expensas ab eisdem hæredibus passas, ob difficultates, quæ per eisdem fabricæ Congregationem habebantur, opus fuit amplecti concordiam magis forsitan præjudiciale, quam sibi ab initio, quando causa erat nova, & adhuc non disputata, juxta meū votum, tractata esset.

Dicendum igitur in dicto congressu dicebam, controversiæ decisionem pendere à puncto, an dictus Religiosus, ad cuius vitam hæc annua præstatio relicta erat, censendus esset legatarius ad proprium communum, vel potius simplex executor, seu explicator piæ dispositionis per testaticem sibi commissæ; Primo enim casu, certum erat, ut Fabricæ facultates non intrarent, dum certa erat persona legatarii, cui legatum acquireretur; Nil obstante ipsius incapacitate in parti ulari, cum prohibitione, ne acquireretur Religioni, (cui alias de jure legatum Religioso profecto factum acquiritur, quoties illa est capax in communī), quoniam, vel dicta conditio juxta unam opinionem rejicitur tanquam impossibilis, ideoque pro non scripta habetur, ita ut non vitiet dispositionem; Vel juxta alteram opinionem, (quæ videtur magis communis & vera), talis prohibito intelligenda est eo modo, quo de jure id est compatible, ut scilicet habitu acquiratur Religioni, non autem a tu, quoad administrationem, ac utilitatem de facto, quam Superioris Religionis permittere debent in ipso Religioso, cum facultate erogandi in religiosos, ac honestos, vel pios usus; Secùs autem quoad acquisitionem ipsius juris, quod penes ipsam Religionem, non obstante dicta conditione, adesse dicitur, ex deducis in materia per Sanchez ad præcepta Decalogis lib. 7. cap. 17. num. 4. cum sequen. Fagnan in cap. Monachie ex num. 21. de statu Manachorum, ubi la-

tè plures diversæ opinione recensentur Rota apud Paniam decis. 1214. Buratt. decis. 584. num. 12. & 13. Et habetur sub rit. de Donat. disc. 25. ac etiam sub rit. de Regulari.

Si verò econverso, censendus potius esset executor, seu explicator voluntatis testatrix, & tunc plenum videbatur, ut dictæ facultates intrarent, ob utramque incertitudinem, personarum scilicet, ac usum, juxta cons. Oldrad. 61. quoniam ea, quæ Episcopis super exequendis piis disponentium incertis voluntatibꝝ de jure competit, ex Apostolicis Constitutionibus hodie cadant sub facultatibus Fabricæ, quæ capit omnia pia incerta, quoniam ad nominationem, electionem, seu declarationem certorum executorum relicta sunt, ut decernitur in Breve edito per Alex. VII. 16. Novemb. 1660. quoties præcisè non agatur de legato facto ad favorem pauperum, ita declarando ejus motum proprium in proposito editum inito Pontificatus 30. Aug. 1655. ut scilicet legata pro eleemosynis, quæ pauperibus distribuenda sunt, non obstante incertitudine, non caderent sub dictis facultatibus.

Et quoniam etiam in casu, quo deputatus esset tanquam executio seu explicator, adhuc dici posset, ut versaremur in casu voluntatis certa per ipsam testaticem determinatæ, atque per dictum fiduciarium explicandæ tanquam testem juxta terminos text. in l. Theopompi ff. de dot. cum aliis, de quibus sub rit. de fideicom. disc. 182. & seq. ac etiam hoc rit. disc. 42. & seq. Attamen celabat applicatio ex facto, Tum quia Religioso prædictus esset, quod nihil determinatum à testatrix sibi injunctionum fuisset; Tum etiam quia eisdem testamenti contextus convinebat contrarium, dum in eo dicebatur, ut pecunia erogari deberent in pios usus occultos dicto Religioso benè visos ac magis placitos, ideoque servata non erat forma, de qua agit text. in d. l. Theopompi cum concord. de qualociis proximè citatis.

Quod autem esset legatum, dicebatur quod ad distinguendum legatarium ab executori, recepta est distinctione Bart. in l. pecunia num. 1. ff. de alim. & 5 cibar. legatis quam sequuntur Bald. in l. quidem testamento & se scripta num. 2. ff. de legatis primo & ceteri collecti per Gratian. discipr. 446. num. 4. Adden. ad Gregor. dec. 544. in fine Adden. ad decif. 20. num. 25. & sequen. part. 3. recent. quod; Aut verba directa sunt ad personam cum onere faciendi, & dicunt legatarius quoniam gravatus; Aut directa sunt ad ipsum opus, persona verò subsequatur, & tunc dicatur executor; Et consequenter cum in hac facili specie, verba concepta essent juxta priam partem, ita censendus videbatur legatarius, non autem executor.

Præterea ista quæstio voluntatis, cuius decisio pendet à puncto causæ finalis, an scilicet disponens, principaliter contemplasset personam legatarii, cui accessoriæ adjectum esset onus, Vel econverso principaliter contemplatum esset opus, cui accessoriæ persona destinata sit, tanquam instrumentum executionis, ut bene expendendo multas decisiones, quæ invicem pugnantes videntur, habetur apud Adden. ad Gregor. dec. 544. unde propterea recursum est ad conjecturas, seu facti circumstantias quæ unam, vel alteram voluntatem suadent hisque attentis, pro legato potius respondendum videbatur.

Primò quia præcedebat persona, & subsequebatur opus, ut apud Greg. dicta dec. 544. n. 7. Secundò quia erogatio pecunia injuncta non erat pervia simplicis admonitionis, quæ de jure non est obligatoria,

toria, ut firmatur per Rot. in Rom. hered. i. Aprilis 1658. q. nec pietas coram Albergato, edita in causa, de qua habetur infra decr. 50. impress. post colluc. Bond. decr. 43. Tertiò fortiter, quia legatum restictum erat ad solam vitam dicti Religiosi, qui poterat premorit testatrix, vel intrà breve spatiū post illam decedere, unde propterea legatum remansisset, vel caducum, vel sine effectu, quod nullatenus est probabile, si finalis, ac primaria testatrix intenſio directa fuisset ad opus, & non ad personam.

Quarto quia, ad distinguendum legatarium ab exequore attenditur, an persona aliquid commodum, ac emolumentum ex ea dispositione assergitur, nec ne, ut primo casu censeatur legatus, in secundo autem exequor ex deductis per Add. ad Gregor. dicta decr. 54. Adden. ad decr. 20. num. 35. & sequen. part. 3 recent. Cum igitur erogatio dictæ præfationis, utpote reposta in libera voluntate, ac placito dicti Religiosi, sequi posset ad ejusdem Religiosos necessarios, vel honestos usus, hinc sequi dicebatur, ut versaremur in prima parte distinctionis. Neque obstat videbatur insinuationem onus erogationis in eleemosynas occultas, vel usus pios, quoniam ista videbatur potius quædam expressio ejus, quod tacite inerat de jure, cuius dispositione attenta, ubi Religioso professo, Vel ex Apostolica dispensatione, Vel ex dispositione testatoris, conceditur usus, ac administratio alicuius annua præstationis, seu aliorum bonorum, tunc id sub se istam tacitam haber conditionem erogandi in pios, & religiosos usus etiam proprios, non autem extrâ ea, qua Religioso non bene congruunt Navarr. conf. 17. de donat. lib. 3. Sanchez. ad præcipia Decalogi lib. 7. cap. 17. num. 8. Barboz. de Episcop. alleg. 103. num. 5. in fine Rota decr. 18. numer. 22. part. 9. recent. in Romana censuſum 27. Maii 1652. coram Bichio, inter duas decr. 508. & 27. Aprilis 1654. coram Bevilacqua, & quarum prima est etiam impress. decr. 153 part. II. recent.

Econverso autem, ut dicta dispositio importaret in Religioso simplicem exequoriam, urgabant; Primo dicta restictio ad eleemosynas occultas, ac usus pios, unde propterea ipse religiosus nihil sibi applicare poterat, quoniam ea, quæ in proximè allegatis authoritatibus habentur de administratione religioso permitta, percutiunt prohibitionem erogandi in usus parum honestos, atque vero religioso incongruo, sed non inducunt necessitatem erogandi in pios usus tantum, cum receptu sit, erogationem fieri posse in usus religiosos, qui ejus personæ usum respiciant circa quamdam maiorem commoditatem, que in instituto non repugnet, & tamen illi usus dici non possunt pii, utpote necessari pro substantiatione religiosi, dum Religio præscriptum verò illa, de qua erat iste Religiosus, omnia necessaria suppeditat; Et consequenter, dum stante dicta restictione, persona nullum obtinebat emolumentum, versabamur potius in altera parte distinctionis, de qua suprà.

Secundo, quia cum hujusmodi legata facta religiosis, cum præcepto, ut non acquirantur Religioni, sed converti debeant in pios usus, ad quorum specificationem ipse religiosus teneri non deberet, ut plurimum continere videntur fraudem & colorem quæsitionis, ut ita religiosus contrâ proprium institutum efficiatur proprietarius. Atquæ hinc sequitur, ut per Episcopum, seu alium Superiorum, cuius loco Fabrica successit, ad hujusmodi fraudibus obviandum, dicta administratio interdici posset, erogando legatum in opera pia Episcopo bene Card. de Luca P. I. de Testam.

visa, quorum loco, stante incertitudine, succedit fabrica ex deductis per Fagnan. in cap. tua nobis de testamentis, & habetur particulariter actum infra decr. 6.

Et tertio clarius, quia in testatrix nulla concurrebat ratio affectionis erga istum religiosum, catenùs ab ea cognitum, quatenus esset Praefectus cuiusdam pix congregationis, cuius potissimum pium institutum est, curandi cum occultis eleemosynis subvenire honestos pauperes verecundos, ideoque verè legatum directum erat in opus, destinata persona ratione Praefectura ejusdem operis, unde propterea clarum videbatur, quod ageretur potius de exequore; Credebam tamen quod nimis alpèr, ac rigorosa esset hujusmodi prætensio, quoniam stante hujus congregationis instituto, atque expressione ab eadem testatrix facta de occultis eleemosynis, ita videbamur esse potius in casu illius incerta dispositionis ad favorem pauperum, quam à fabricæ facultatibus exemit dictus motus proprius. *Alexandri Septimi 30. Augusti 1655.* Verum ob difficultates, congrua reputa fuit concordia, quæ controversie finem dedit.

## CAESAR AVGUSTANA

### TESTAMENTI

PRO

COMITE DE ARANDA  
ET CONSORTIBUS

CUM

ARCHIEPISCOPO.

*Causa disputata in Rota ubi penderet.*

An, & quando Episcopus condere possit testamentum ad pias causas, sive, ut dicitur pro anima, pro mortuorum ab intestato; Et quatenus possit, quomodo id practicari debat.

### SUMMARIUM.

- 1 *F*acti series.
- 2 *R*esolutio senatus causa.
- 3 *D*e materia remissoria concedenda, vel deneganda, & quod non expedit has disputationes assumere.
- 4 *U*nus pro altero testari non potest, neque ultima voluntas in alienam voluntatem conferri potest.
- 5 *N*on est prohibita consuetudo legitimè inducta, ut Episcopus testetur pro anima mortuoris ab intestato.
- 6 *Q*ualis consuetudo in hoc requiratur.
- 7 *Q*uod ista consuetudo habeat aliquam juris assistitiam, & deratione.
- 8 *D*e absu dicta consuetudinis.
- 9 *D*e moderationibus factis per S. Congregationem.
- 10 *Q*uod eadem consuetudo deberet omnino aboleri.

De LUCA  
De  
Testamentis  
et ceteris  
GVI